



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 31. Nuntius lite feliciter composita discedens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1588.

§. XXXI.

*Nuntius lite feliciter composita discedens.*

*Hist. Congr.*  
*l. I. c. 4.*  
*pag. 29.*

Insuper delegationis suæ partes ulterius protendit Octavius Frangipanius: cum enim Roma accepisset mandata inquirendi, num Episcopi aliqui circa controversa dogmata ex juris præscripto judicandi auctoritatem sibi arrogassent, ea de re quæstionem habuit, comperitque, quod Archiepiscopus Mechliniensis iudicium quidem in Jesuitas tentaverit, sed intra minas hæserit, atque Episcopi quoque multi, necnon plura Capitula ea de re dixerint sententiam atque scripserint, a se optari, ut desuper Concilium celebraretur: de cetero comperiebat Nuntius, quod censuris Lovaniensi, ac Duacensi subscripserint plurimi, nemo tamen ex juris formulis causam cognoverit, sed omnes summi Pontificis, ad quem hæc causa devoluta est, iudicium cum debita submissione præstolarentur.

Postea Octavius rebus ita compositis, exceptisque utriusque partis scriptis cuncta Romam ad Cardinalem Sanseverinatem transmisit, ut ibidem matura eorum fieret discussio, priusquam ultima pronuntiaretur sententia. Tandem die vigesima nona Novembris  
Nuntius



Nuntius Theologicam Facultatem, nec- Sæcul. XVI.  
 non Jesuitarum Collegii Rectorem, ac A.C. 1588.  
 Patrem Lessium adesse jusserat, eisque  
 cuncta, quæ hucusque gessisset, atque  
 ad revocandam mutuam pacem decre-  
 visset, in memoriam revocans singulos  
 ad concordiam hortabatur, atque utri-  
 que parti silentium circa controversos  
 articulos imposuit, rogans illos, ut  
 una omnes conjuncti viverent, nec sese  
 invicem ullo pacto lacefferent. Id quo-  
 que omnibus pollicentibus de hoc pro-  
 misso tabulæ conficiebantur: demum  
 vero Nuntius cunctis valere jussis Colo-  
 niam repetiit.

## §. XXXII.

*Pontificis diploma adversus Angliæ  
Reginam.*

Ceterum Sixtus V. minori circumspe- Thu. l. 89.  
 ctione circa Angliæ Regnum usus Spond. an-  
 videbatur: quippe cum Philippi II. ju- nal. hoc ann.  
 ribus in hoc Regnum suffragandi desi- n. 21.  
 derio flagraret, diploma edidit, quo  
 Angliam interdicto subjecit, has alle-  
 gans causas, eoquod hoc regnum sa-  
 cræ Sedis feudum esset, ac Regina Eli-  
 sabetha nunquam homagium præstitif-  
 set (\*) atque Ecclesiam Catholicam di-  
 Mm 5 vexaf-

(\*) De hac ratione nec Thuanus, nec Spon-  
 danus